

diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarum, quam paterfamilias rebus suis ex bona fide præbere debet.»

(109. Tutores et curatores tenentur operam dare, ut ex bonis immobilibus ab ipsis administratis fructus consueti proveniant, bona mobilia minus utilia vendere, pecuniam non otiosam relinquere, sed eam in utilem et tutam prædiorum emptionem, et in annuos redditus ad pupillorum et minorum emolumentum convertere; quibus culpabili eorum incuria neglectis, obligantur ad restitutionem totius interesse, textu expresso in l. Tutor 7, § 1. ff. De administratione et periculo tutor. et curator., ibi: « Si tutor cessaverit in distractione earum rerum quæ tempore depereunt, suum periculum facit; debuit enim confestim officio suo fungi. » Et, *ibidem*, § 3, expresse habetur: « Si post depositionem pecuniæ comparare prædia tutores neglexerunt, incipient in usuras conveniri: quanquam enim a prætore cogi eos oportet ad comparandum, tamen si cessent, etiam usuris plectendi sunt, tarditatis gratia, nisi (si) per eos factum non est, quominus compararent. » Et concordat l. Tutor 13, l. Si tutor 15, l. Si minoris 25, l. Ob sænus 49, ff. eod., l. Tutores vel curatores 24, cod. De administratione tutor. vel curator., cum similibus.

(110. Ad nullum tamen interesse tenentur tutores et curatores, si factis debitis diligentibus pro implicanda in prædiis seu annuis redditibus pupillorum seu minorum pecunia, nulla eis certa et tuta occasio affulgeat, textu expresso in l. Si pecuniam 3, cod. De usuris pupillaribus, ibi: « Si pecuniam pupillarem neque idoneis hominibus credere, neque in emptionem possessionum convertere potuisti, non ignorabit iudex usuras ejus a te exigi non oportere, » leg. Cum plures 12, § final., ff. De administrat. et pericul. tutor., ibi: « Si tutor pecuniam pupillarem credere non potuit, quod non erat cui crederet, pupillo vacabit. »

(111. Salarium pro tutela accipere interdictum est tutoribus, præterquam si eis a iudice constitutum sit, l. A tutoribus 33, § 3, ff. De administrat. tutor., l. Qui negotiationem 58, § 4, ff. eod.; et docet Glossa in l. In eos 9, ff. De tutelis; Layman, lib. III, tract. 5, cap. 9, n. 2, vers. Tutor sicuti, et alii passim dicentes quod officium tutoris de jure debeat esse gratuitum.

(112. Nihilominus tamen non interdicuntur iudici, quin interveniente causa possit tutoribus congruum salarium, juxta qualitatem causæ, laboris et negotiorum gerendorum, et hujusmodi assignare, arg. cit. l. A tutoribus 33, § 3, ff. De administrat. tutor., ibi: « Nisi ab eo, qui eum dat, certum salarium ei constitutum est; » et ibi Glossa et doctores, Bartolus in l. In eis 9, ff. De tutelis, et in l. Athleta, § Tutela, ff. De excusat. tutor.; Cavalcan., De tutore et curatore n. 310; Corduba a Lara, in l. Si quis a liberis, § Si mater, n. 73, ff. De liberis agnoscend.; Surdus De aliment., tit. 6, q. 14, n. 7; Rosignol., loco cit. part. II, contract. 17, præ-

not. 20, n. 2, et alii passim. Imo in variis regionibus ex dispositione jarum municipalium ibidem vigentium assignantur tutoribus certæ portiones. (113. Quinimo curator hæreditatis jacentis habet jus hypothecæ in bonis ejusdem hæreditatis pro suo salario cum prælatione quoad omnes alios creditores hæreditatis, licet anteriores. Matt. Medic., decis. 19, per tot.; Merlinus, De pignorib., lib. III, q. 5, n. 30; Rosignol., loco cit., part. I, contract. 17, prænot. 27, n. 28, et alii.

(114. Si tutores et curatores ab initio assumptæ tutelæ et curæ salarium non petierint, nec de illo protestati fuerint, et postea illud petant, non est decernendum a iudice pro præterito, sed tantum pro futuro. Socinus, consil. 196, col. ultim. lib. II; Joann. Gutierrez, De tutor. et curator., part. III, cap. 2, n. 4; Federic. de Senis, consil. 118, n. 2; Alexander, consil. 109, n. 1 et seq., lib. VI; Castrensis, consil. 346, lib. II; Rosignol., loco cit., part. II, contract. 17, prænot. 20, n. 13, et alii.

(115. Non possunt autem tutores et curatores sibi ipsis salarium constituere, cum solum sit ipsis permissum illud petere auctoritate et arbitrio iudicis, arg. cit. l. A tutoribus 33, § 3, ff. De administrat. tutor. et curator., ibi: « Nisi ab eo qui eum dat, certum salarium ei constitutum est. » Rosignol., loco cit., part. II, contract. 17, prænot. 20, n. 10, cum aliis ibi citatis, et alii passim.

(116. An et quando pupilli et minores possint sine auctoritate tutorum et curatorum contractus celebrare? Et an si aliquos sic celebraverint, obligentur ad illos, tum civiliter, tum naturaliter, seu tam in foro externo quam in foro interno, seu conscientie? Vide verb. CONTRACTUS, a num. 27 ad 35, et verb. MUTUUM, num. 20.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(117. Plura tametsi hic habeat auctor, plura nihilominus essent addenda. Sed præ angustis limitibus additionum vix tria adnotabimus. Primum est quod tempus tutelæ a lege præfinitum, ad ultimum usque momentum durat, ideoque non admittitur anticipata terminatio, quamvis ad breve tempus prætensa. Confer Rot., in Imolen. Tutelæ super 1 dub. 13 Junii 1735, et in confirmatoria 3 Junii 1736, coram eminentissimo Bussio.

(118. Alterum est quod tutor cogi haud potest a pupillo ad rationes administratæ tutelæ reddendas, si ipse pupillus effectus major, eum ab hac rationum redditione liberaverit. (119. Idque procedit etiam si liberatio hæc facta fuerit absque exhibitione computorum, disputatione partitarum, et reliquatus, quia liberatio hoc modo faciendâ respicit ipsam redditionem rationis, non item locum sibi vindicat in casu, in quo tutor liberatur ab ipsa redditione rationis. (120. Consule pariter Rot., in Ferentina redditionis rationis 23 Junii 1728, cor. clar. mem. Millino, ubi quod tutor seu quivis

alius administrator non potest licerari nec modo quoad futuram administrationem, ne detur occasio peccandi, potest vero quoad administrationem præteritam, secluso præsertim dolo.

(121. Tertium demum est quod tutor haud potest reportare cessiones contra pupillum, et ita quidem, ut si quas reportaverit, eæ cedant beneficio ipsius pupilli. (122. In-

tellige vero, si agatur de cessionibus a tutore reportatis mala fide, eo scilicet animo, ut lucrum faceret contra pupillum, ut sunt cessiones concernentes jura litigiosa vel minori pretio comparata. Confer idem supremum tribunal in Romana censuum 27 Junii 1738, § Nec obstat, cor. clar. mem. Tanar., inter impressas decis. 120, num. 6.

## V

### VACANS SEDES.

Vide verb. SEDES VACANS.

### VACATIO, VACARE.

(1. Vacatio per mortem et per renuntiationem non sunt eadem, nec eosdem effectus causant, cap. Susceptum, De rescriptis in 6.

(2. Vacant ecclesiæ, beneficia etc., per promotionem alicujus ad cardinalatum, nisi a Papa concedatur retentio. Sixtus V constit. 79 incip. Sanctissimus.

(3. Vacant præceptorie militiæ S. Joannis Hierosolymitani, quando milites seu equites fiunt episcopi. Gregorius XIII, constit. incip. Controversia.

(4. Vacare censentur loca montium vacabilia per assumptionem ad cardinalatum; Urbanus VIII, in Appendic. constit. 38, incip. Decet.

(5. Vacare non intelliguntur officia Romanæ curiæ per mortem vacabilia ob assumptionem ad episcopatum, commendam, etc., sed per assumptionem solum ad cardinalatum. Urbanus VIII, in cit. constit. incip. Decet, revocans quoad hoc constit. Sixti V, incip. Sanctissimus.

(6. Quoad beneficiorum vacationem ipso jure. Vide verb. BENEFICIA, art. 7, per tot.

(7. Quoad collationem et provisionem beneficiorum vacantium. Vide verb. BENEFICIA, art. 4 et 5 per tot.

(8. Vacatio beneficiorum inducitur per solemnem professionis emissionem. Benedict. XIV, tom. II, constitut. 25 incip. Ex quo, ubi sic expresse declarat: « Denique de beneficiorum vacatione, in jure statutum habemus, eam non induci per solum ingressum in religionem, sed per professionem regularem duntaxat, quemadmodum videre est in cap. Beneficium, De regular., in 6. » (9. Et quidem pro eo tempore, quod inter ingressum in ordinem regularem et professionem solemnem intercedit, debet episcopus quoad beneficia curata id ipsum agere, quod alius præstare consuevit, cum parochus aliquo impedimento detinetur, ne animarum curam exercere valeat; quoad beneficia vero choralia, relicta tironi religioso, qui choro interesse nequit, ipsius beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura præscribunt, juxta opinionem in praxi receptam, de qua agit Suarez, De religione, tom. III, lib. V, cap. 16, num. 12. (10. Quinimo si quis

forte religionem ingressurus, beneficium suum dimitteret (quo casu potest episcopus per constitutionem LVIII S. Pii V hujusmodi renuntiationem admittere), vel etiam si tempore novitiatus hujusmodi dimissionem expleret, servatis omnibus, quæ ex præscripto sacri Tridentini concilii cap. 16, session. XXV De regularibus, tam in bonorum temporalium, quam in beneficiorum ecclesiasticorum renuntiationibus servari debent, nihilominus omnia in suspenso remanere deberent, neque posset episcopus ad beneficii sic dimissi collationem devenire, nisi post factam a dimittente solemnem professionem, uti late ostendit doctus, et in hoc toto rerum genere expertissimus scriptor, bon. mem. Joannes Baptista Riganti in suo Commentario ad regulas cancellariæ, tom. III, regul. 46, a n. 11 ad finem. (11. « Non vero inducitur dicta beneficiorum vacatio per votorum simplicium emissionem in Societate Jesu, transacto probationis biennio. » Id., *ibid.* (12. Decretum est autem in congregatione generali quinta ipsius Societatis, ut quilibet, expleto biennio, beneficia ecclesiastica dimittat. Id., *ibid.* (13. Sic expresse prosequens: « Quia in re olim dubitatum est, an vota simplicia, quæ a clericis regularibus Societatis Jesu, post biennium probationis emittuntur, hujusmodi beneficiorum vacationem inducerent? Sed negativa sententia communiter recepta tuit, ut observat laudatus Riganti, loco cit., num. 30 et sequent., et monet Pitonius, discept. 126, num. 11 et seq. (14. Quamvis in congregatione quinta generali ipsius societatis can. 19 statutum fuerit, ut qui societati nomen dederit, expleto biennio, antequam vota simplicia emittat, ecclesiastica beneficia dimittere debeat, quo casu hujusmodi beneficia, si minus propter professionem, at propter renuntiationem, vacare intelliguntur, ut notant Sanchez Ad præcepta Decalogi lib. VII, cap. 4, num. 7; Pellizarius in Manuali, tom. I, tract. 3, cap. 4, num. 52, cum aliis, quos citant præfati Riganti, loco cit., n. 32, et Piton., n. 12. » Hæc ille.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(15. In addit. ad verb. BENEFICIUM, art. 7, disseruimus de vacationibus beneficiorum ipso jure. Res modo postulat, ut agamus de casibus in quibus beneficia haud vacant ipso jure, sed per iudicis sententiam.

(16. Ex simplici homicidio beneficia non vacant ipso jure. Quin nec ex fraticidio vacant ipso jure beneficia. Rousseaud de la Combe, in sua *Jurisprudencia canonica*, verb. *Vacatio*, sect. 2, n. 1.

(17. Nec ex concubinato vacant ipso jure beneficia, sed privationem præcedere debet trina canonica monitio, ex concilio *Tridentino*, sess. *xxvi*, cap. 14, *De reform.*, de quo Rota, in *Ratisbonen. Parochialis* 13 Junii 1718. § *Et demum*, cor. bon. mem. *Foscar.*, et in *Placen. Parochie* 9 Decembris 1743, § 9,

## VAGUS, VAGABUNDUS.

## SUMMARIUM.

1. Quis proprie dicatur vagus seu vagabundus. — 2. Vagi seu vagabundi, qui certum domicilium vel habitationem non habent, sortiuntur forum, ubi reperiuntur. — 3. Parochus proprius vagorum in ordine ad matrimonium est parochus illius loci, ubi vagi actu versantur. — 4. An vagi inire possint ma-

(1. Vagus seu vagabundus proprie dicitur ille, qui certam et constantem sedem habitationis nullibi habet. Item, qui post relictum corpore et animo pristinum domicilium, iter facit, quærens ubi domicilium figat. Sic in re doctores communiter, per text. in l. *Ejus qui manumisit*, § *Celsa*, ff. *Ad municipalem*.

(2. Vagi seu vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiuntur forum, ubi reperiuntur: alias enim nullibi pro delicto aut contractu possent conveniri contra ea quæ notantur in l. *Hæres absens*, ubi Bartolus num. 5, ff. *De iudiciis*. Sic Fagnanus, lib. II *Decretal.*, in cap. *Licet* 20, De foro competentis, num. 26, cum pluribus aliis ibi citatis; Reiffenstuel, lib. II *Decretal.*, tit. 2, n. 46, cum aliis ibi allegatis, per text. in leg. 1, cod. *Ubi quis de curiali*, et l. 1, cod. *Ubi de criminibus*, etc.

(3. Unde parochus proprius vagorum in ordine ad matrimonium est parochus illius loci ubi vagi actu versantur. *Vide verb. MATRIMONIUM QUOAD IMPEDIMENTA*, art. 2, n. 86 ad 89, et verb. *LEX*, art. 3, a num. 46 ad 48.

(4. Posse vagos inire matrimonium apud quemcunque parochum, etiamsi alteruter tantum sit vagus, docent Sanchez, l. III, ad 25, num. 14; Pontius, lib. V, cap. 14, § 1; Layman, lib. V, tract. 9, part. II, cap. 4; Gutierrez, Leander, Tambur., Bossius, Dicastil, Gobat, Barbos., Kugler, Krimer citati, et secuti La Croix, lib. VI, p. III, num. 750, ubi testatur hanc esse communem sententiam, et sic decrevit sacra congr. Concil. die 28 August. 1607 apud Aldan., in *Compendio canon. re-*

cor. bon. mem. *Lan.* et 15 Junii 1744, § 8 cor. *clar. mem. Millin.*

(18. Idemque tradit de adulterio Rousseaud de la Combe, in sua *Jurisprudencia canonica*, verb. *Vacatio*, sect. 2, num. 2.

(19. *Vide et alios casus apud eundem, loc. cit.*, n. 5 et plur. sequent. Hic vero non est prætereundum, quod in quibus casibus vacatio beneficiorum inducitur ipso jure, collator, qui ejus notitiam habuit, tenetur illa intra sex menses conferre, alias devolvitur ipsa collatio ad immediatum superiorem.

(20. At in casibus, in quibus sententia requiritur pro vacatione beneficiorum, currit collatori sub pœna devolutionis idem tempus sex mensium a die quo sententia illa nacta est auctoritatem rei judicatæ. Interim non prohibetur beneficiarius resignare beneficium. Idem auctor, ubi supra, n. 8.

trimonium apud quemcunque parochum, etiamsi alteruter tantum sit vagus. — 5. An vagi obligentur legibus et consuetudinibus locorum per quæ transeunt, vel in quibus hospitantur, *remissive*. — 6. Vagi ubi sint sepeliendi, *remissive*. — 7. Vagi possunt absolvi a commissis alibi, etiamsi in loco paratorum criminum essent reservata, si hic non sint reservata.

*solut.*, lib. I, tit. 78, num. 1, et Barb. in *Summ. Apostolic. decis.*, verb. *Vagus*, num. 1, his verbis: « Vagus ducens uxorem in aliquo loco, ubi est vere domicilium mulieris, potest contrahere in alio loco, ubi voluerit, cum omnes possint esse parochi vagi, quamvis adsit parochus mulieris, quia tunc est vere parochus vagi alius in alio loco, ubi reperitur vagus. »

\* De vagorum matrimonii hæc Bened. XIV, institut. *xxviii*, num. 10: « Primum evenit aliquando, quod vagi matrimonium inire contendant: ipsorum autem parochus is dicitur, in quorum ditione versantur. » Sanchez, *De matrim.*, lib. III, disp. 25, num. 11; Barbosa, *De offic. et potest. parochi*, part. II, cap. 21, num. 89; Cabassut., in *Theor. et prax. jur. canon.*, lib. III, cap. 26, num. 4; Pirrhing, ad lib. IV *Decret.*, tit. *De clandest. desponsat.*, num. 19; Sanchez *loc. cit.*, num. 14 et 15; quod pariter asserendum est, licet alter solum ex illis qui conjugium petunt, vagantium numero ascribatur. Barbosa, ad concil. sess. *xxiv*, *De reformatione matrim.*, cap. 7. Attamen peregrinus et vagus sine ullo discrimine non semel confunduntur: vagus ille appellandus est, qui, relicto suo domicilio, sedem in exteris terris inquirat, ut ex jure deprehenditur, l. *Ejus*, § *Celsus*, ff. *Ad municipalem*. Puto autem, et hoc procedere posse, si quis, domicilio relicto, naviget vel iter faciens quærat quo se conferat, atque ubi consistat; nam hunc puto sine domicilio esse. Peregrinus autem is nuncupatur, qui ea voluntate iter facit, ut ad pristinum domicilium, exacta peregrinatione, revertatur. Rosignol., *De matrim.*, part. I, tom. VII,

contract. 15, prænot. 22, num. 4. Ob has potissimum causas, ob gravia quoque dissidia, quæ ex matrimoniis errantium Ægyptiorum ac militum plerumque dimanant, parochis omnibus indicimus, quod a Tridentina synodo his verbis sancitum fuit (sess. *xxiv*, *De reform. matrim.*, cap. 7): « Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonii intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, et, re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. »

(5. An vagi seu vagabundi obligentur le-

## VANA GLORIA.

*Vide verb. SUPERBIA*, num. 8.

## VANA OBSERVANTIA.

*Vide verb. SUPERSTITIO*, num. 45.

## VASA SACRA.

## SUMMARIUM.

1. Vasa sacra benedicendi facultatem habent abbates pontificalia exercentes, etiam regulares, non tamen pro ecclesiis extraneis. — 2. Prælati regulares, quamvis non possint benedicere sacra vasa in quibus intervenit unctio sacri chris-matis, possunt tamen benedicere alia sacra vasa et ornamenta seu paramenta, pro usu suarum tantummodo ecclesiarum. — 3. Unde caute legendi doctores asserentes posse prælatos regulares dicta sacra vasa, ornamenta seu paramenta benedicere etiam pro alienis ecclesiis. — 4. Episcopi non possunt absque speciali licentia Sedis apostolicæ hanc sacrorum

(1. Vasa sacra benedicendi facultatem habent abbates pontificalia exercentes, etiam regulares; non tamen pro ecclesiis extraneis. *Vide verb. ABBAS*, num. 31, § 18, et in declaratione sacre congreg. Rit. data ad § decimum octavum., et verb. *BENEDICTIO*, art. 1, n. 20 et 21.

(2. Prælati regulares, nempe generales, provinciales, priores, rectores, præpositi, guardiani, alique omnes superiores locales quocunque nomine nuncupentur, quamvis non possint benedicere sacra vasa in quibus intervenit unctio sacri chris-matis, possunt tamen benedicere alia sacra vasa et ornamenta seu paramenta pro usu suarum tantummodo ecclesiarum. *Vide dict. verb. BENEDICTIO*, a num. 19 ad 21, ubi dantur ad id varia decreta.

(3. Unde caute legendi sunt doctores, qui apud La Croix, lib. VI, part. II, num. 553, et apud alios, dicunt, superiores ordinum mendicantium adhuc id posse etiam pro extraneis, ubi est usus, quamvis asserant bona fide id facere passim, permittentibus, et sæpe ad eos remittentibus episcopis. (4. Episcopi enim non possunt absque speciali licentia sacrorum paramentorum benedictionem aliis delegare, ut sæpius decrevit sac. Rit. cong. et signanter die 14 Novembris 1615, apud Gavant. in *Manuali episcop.*, verb. *Benedictio*, num. 5, et testantur

gibus et consuetudinibus locorum per quæ transeunt vel in quibus hospitantur. *Vide verb. LEX*, art. 3, a n. 46 ad 48.

(6. Vagi seu vagabundi ubi sint sepeliendi. *Vide verb. SEPULTURA*, n. 22.

(7. Vagi possunt absolvi a commissis alibi, etiamsi in loco paratorum criminum essent reservata, si hic non sint reservata, quia cum isti nullum habeant domicilium, astringuntur solum legibus episcopi ubi confitentur. Barbosa, part. III *De offic. et potest. episcop.*, allegat. 52, n. 16, et alii communiter.

paramentorum benedictionem aliis delegare. — 5. Neque benedictio sacrorum paramentorum et vasorum ecclesiasticorum potest fieri ab inferioribus prælati jure proprio, licet habeant territorium separatum, nisi habeant ea quæ sunt ordinis. — 6. Benedictio paramentorum et vasorum ecclesiasticorum, in quibus non adhibetur sacra unctio, diversis abbatibus, decanis aliisque personis ecclesiasticis concessa fuit a sacra Rit. congregatione. — 7. Protonotarii sine speciali Sedis apostolicæ, seu Sacre Congregationis licentia, nulla possunt benedicere vasa, paramenta seu ornamenta ecclesiastica. — 8. Alia ad rem ad n. 49.

Aversa, q. 11, sect. 13, § sexto; La Croix, *loco cit.*, num. 253, et alii passim.

(5. Neque benedictio sacrorum paramentorum et vasorum ecclesiasticorum potest fieri ab inferioribus prælati jure proprio, licet habeant territorium separatum et jurisdictionem, nisi habeant ea quæ sunt ordinis, ut decrevit sacra congr. Rit., in *Nutlius* 21 Augusti 1601, apud Barbosam, lib. III *Juris eccles. univers.*, cap. 3, num. 31, et in *Summ. Apostol. decis.*, verb. *Benedicere*, *Benedictio*, num. 9. (6. Ubi num. 15 refert quod benedictio paramentorum et vasorum ecclesiasticorum, in quibus non adhibetur sacra unctio, diversis abbatibus, decanis, aliisque personis ecclesiasticis concessa fuit per sacram Rit. congreg., et signanter in *Aquileien.* 20 Aprilis 1599, in *Elven.* 17 Maii 1600, in *Lameron.* 29 Januar. 1605, in *Aquileiensi* 24 Aprilis 1610, in *Augustana* 12 Aprilis 1614, in *Lucion. et Gnesnen.* 4 Septembris 1621.

(7. Protonotarii sine speciali Sedis apostolicæ, seu sacre congregationis licentia, nulla possunt benedicere vasa, paramenta seu ornamenta ecclesiastica. Sac. congreg. Rit. 17 Jul. 1627, apud Gavant., in *Manual. episc.*, verb. *Benedictio*, num. 7, et Barbos., in *Summ. Apostolic. dec.*, verb. *Protonotarius titularis*, num. 14.

(8. Vasa sacra, scilicet calix, patena, ciborium, corporale, dum in iis actu contine-

tur corpus vel sanguis Christi, a nemine præter sacerdotem et diaconum sine gravi culpa tangi possunt. Colligitur ex cap. *Non oportet* 26, et cap. *Non oportet* 38, dist. 23; et docent Paludanus, in 4, dist. 13, quæst. 1, art. 4; Suarez, tom. III, in III part., disp. 81, sec. 6; Layman, lib. v, tract. 5, cap. 6, n. 18; Tambur., lib. 1 *De sacrific.*, cap. 2, § 1; Quarti, *Comment. in Rubric. missalis* p. II, tit. 1, dub. 6, vers. *Certum est*; La Croix, lib. VI, part. II, n. 360; Sporer, tom. III, part. II, cap. 6, sect. 2, n. 403, ubi testatur de communi contra Ochagaviam, et Gobat negantes id esse mortale.

(9. Vasa sacra vacua extra sacrificium licite possunt tangi ab omnibus clericis, etiam sola prima tonsura initiatis; Suarez, Tambur., Quarti, Sporer, *loc. cit.*, La Croix, *loc. cit.*, n. 357, et alii apud Gobat, tract. 3, a n. 329, contra Filliucium, et alios id negantes de clericis sola prima tonsura initiatis. (10. Acolythy ministrantes licite etiam in sacrificio tangere possunt vasa sacra vacua per expressam concessionem Martini Papæ in cap. *Non liceat* penult. dist. 23.

(11. Omnes religiosi etiam laici ordinum mendicantium et communicantium eorum privilegiis, ac præsertim deputati ad servitium missarum et sacristiæ, possunt licite tangere vasa sacra, et lavare corporalia ob expressum privilegium concessum minoribus a Calixto III et Sixto IV, ut refert Casarub, in *Compendio privileg. fratrum Minorum, et aliorum mendicantium, et non mendicantium*, verb. *Corporalia*, num. 1 et 2, verb. *Ornamenta ecclesiastica*, num. 3 et 6.

(12. Laici et feminae, etiam moniales, absque necessitate vel rationabili causa nuda manu tangentes vasa sacra, peccant venialiter, ut cum Suarez, Coninch., Azorio, Sanchez tradit Layman, *loc. cit.*, num. 19, et tenet Quarti, *loc. cit.*, vers. *Secunda sententia*; Pasqual., q. 328, num. 4; La Croix, *loco citat.*, num. 538, et de communissima testatur Sporer, *loc. cit.*, num. 405, per text. in can. *Sacras* 25, dist. 23, et can. *In sancta* 40, dist. 1, *De consecr.* (13. Imo Tamburinus, *Opusc. de sacrificio* lib. I, cap. 2, § 1, n. 7; Sotus, in 4, dist. 13, q. 3, art. 3 ad 3; Fagundez, *Præcepto* 1, lib. III, cap. 21; Bartholomæus ab Angelo dialogo 5, § 321, et multi alii recentiores, quos citat Sanchez lib. II *Decalogi*, cap. 43, num. 27, sustinent laicos et feminas tangendo vasa sacra, secluso contemptu, nequidem peccare venialiter, quia canones id prohibentes possunt intelligi de consilio, et ob majorem decentiam, nec videntur continere præceptum, et si ad id accedat aliqua rationabilis causa, nullo modo peccare laicos et feminas tangendo vasa sacra, corporalia,

#### VATICANA BASILICA

De Vaticana basilica hæc habe.

(1. Vaticana Basilicæ (118) prærogativa est, ut in ea benedicantur pallia quæ a Ro-

(118) Brevem Vaticanae basilicæ descriptionem, sed accuratam, debemus præclaro eruditoque viro Francisco Cancellero, t. I nuperrimi operis, quod

et alia hujusmodi, tenent etiam Quarti, *loco citato*, vers. *Colligitur quinto*, cum aliis ibi citatis; Layman, *loc. cit.*, num. 19; Sanchez, *loco cit.*; Henric., et plurimi alii.

(14. Hinc moniales sacristianæ possunt licite tangere calices, corporalia, et hujusmodi. In ipsis enim adest rationabilis causa supradicta tangendi, cum ratione sui officii debeant calices, patenas, corporalia, et similia præparare, ministrare, mutare, et hujusmodi, quæ sine tactu præstare non possunt. Pasqualig., *De sacrific. novæ leg.*, q. 839, n. 9, cum Quintanadven. et Suarez ibi citatis; D. Cajetanus de Alexandris, in *Confessario monialium*, c. 11, § 5, q. 12, et alii passim, docetque praxis; cum enim moniales gaudeant privilegiis regularium, et laici regulares, præsertim deputati ad servitium missarum, et sacristiæ ex privilegio concessio laicis fratrum Minorum a Calixto III et Sixto IV, ut dictum est *supra*, num. 11, possint tangere vasa sacra, corporalia et purificatoria lavare, poterunt id etiam moniales sacristianæ, cum in iosis adsit etiam par rationabilis ratio.

(15. Adhibere sacra vasa, corporalia, purificatoria, et hujusmodi ad usum profanum, verb. gr. in communi mensa ad convivium, ad nares purgandas, et hujusmodi, est peccatum mortale; id enim præsertim gravem contemptum et irreverentiam; unde jure ipso naturali prohibitum est, ac etiam jure ecclesiastico in c. *In sancta* 40, c. *Vestimenta* 41, dist. 1, *De consecrat.*, et c. 26, 27, 29, 31 et seq., dist. 23; et docent Layman, *loco cit.*, num. 19, vers. *Dico quarto*; Quarti *loc. cit.*, vers. *Certum est primum*; Suarez, *loco cit.*, disp. 81, sect. 8, § *Quarto addendum*, et alii communiter.

(16. Imo sacra vasa convertens ad usum profanos, si est laicus, excommunicatur, et si sit ecclesiasticus, etiam ab officio depunitur. Concil. *Bracharen.* III, cap. 2, et facit ad hoc etiam concilium, quod dicitur Apostolor. cap. 12, et cap. *Ad hæc* 4, *De religiosis domibus*; concil. *Mediolanens.* II, part. II, titul. 2, *De ecclesiis*.

(17. Vasa sacra convertens ad proprios usus vel alienans, officio privatur, infamis fit, excommunicatur et tenetur ad restitutionem, concil. *Toletan.* XVII, cap. 4.

(18. Vasa sacra vel alia ecclesiastica Judæis vendens, est in poenitentia relegandus, et Judæi ipsa ementes conveniendi sunt a iudice, et ad restitutionem eorum statim compellendi: Gregorius I, lib. I, epistol. 65, apud Paravicinum *Polyanthea sacror. canonum*, verb. *Vasa*, n. 8.

(19. Alia ad rem. *Vide* verb. CALIX. verb. PARAMENTA SACRA, verb. VESTIS.

incip. *Rerum ecclesiasticarum*. (2. Et in eadem asservantur prope corpus B. Petri. Idem, *ibid.* (3. Ipsius basilicæ altaristæ injungitur cura arcule ab eodem pontifice donatæ, et in qua ipsa pallia asservantur. Idem, *ibid.* (4. Vaticana basilicæ archipresbyter dimissorias litteras clericis suæ basilicæ addictis dare, et sacramentum confirmationis administrare potest. Idem constit. 36, incip. *Cum a nobis*.

(5. Fontis baptismalis benedictioni in basilica Vaticana peragendæ, debent per se vel per alios interesse rectores ecclesiarum illi subjectarum. Idem. constit. incip. *Ad honorandum*, § 9.

(6. Vaticana basilicæ clero concessum est a Clem. XI, ut de singulis sanctis Pontificibus Romanis officia propria recitent. Idem const. 54, incip. *Postquam intelleximus*, § 50. (7. In Vaticana basilica celebrari debent beatificationes et canonizationes. Idem tom. I, constit. 36, incip. *Ad sepulcra apostolorum*, § 4. (8. Et ipsius Vaticanae basilicæ sacrario certæ præstationes asseruntur occasione beatificationum et canonizationum juxta decretum Alexandri VII confirmatum in d. constitutione *Ad sepulcra*, § 5. (9. Quod decretum hic ad litteram subnectitur, prout traditur ab eodem Benedicto XIV, *De servorum Dei beatificatione et beatorum canonizatione*, lib. I, cap. 46, § 5, n. 31, ibi: Sanctissimus dominus noster Alexander divina Providentia Papa VII, prout summum tum dignitate, tum pietate Pontificem decet, ob singularem suam decoris domus Dei dilectionem præ cæteris sollicitus, ut basilica Vaticana, quo par est tantæ molis, sacra etiam suppellectilis nitore resplendeat, sacristiæ ejusdem basilicæ sacras vestes, et sane ornatisimas, in canonizatione Sancti Thomæ de Villanova adhibitas præcipua sua munificentia, et in basilicam ipsam Vaticanam religiose elargitus fuit: volensque præterea in futuro sacristiæ ejusdem indigentis identidem religiose consulere, mandavit, ne in posterum secretarius pro tempore congregationis Sacri Rituum decreta beatificationum et canonizationum, quæ ab ipsa congregatione in fine causarum eduntur, in Acta sacrae congregationis referat, neque evulget, aut sub

#### VECTIGAL.

*Vide* verb. GABELLA.

#### VENATIO, VENATOR

#### SUMMARIUM

1. Venatio qualis et quando sit clericis et religiosis specialiter interdicta, et aliquando sit eis concessa. — 2. Venatio seu piscatio potest ex justa causa a principe vel republica sub pœna prohiberi, etiam in locis publicis. — 3. Imo prudentissime faciunt principes, et republicæ in variis casibus,

(119) Urbis Basilicæ vicarium habent, de quibus cum P. Andreucci opusculum ederet, Elenchum (t. I *Hierarch. eccl.*, p. 268) exhibuit ab anno 1507,

FERRAR. VII.

quovis prætextu procuratoribus et postulatoribus causarum, vel aliis quibuscunque consignet, nisi docto, se sacristis majoribus præfatæ Basilicæ consignasse sacram suppellectilem veri valoris aureorum mille pro canonizando, quingentorum vero similium pro beatificando; nempe in tot planetis, stolis, manipulis ac bursis corporalium, vel albis, et amictibus ad usum missarum privatarum, quæ dietim in dicta basilica celebrantur, aut in tot palliis et altarium lintaminibus pariter ad similem usum adhibendis. Et prædictis quidem arbitrio sacristarum majorum præstandis; quorum proinde curæ Sanctitas Sua demandavit, quæ magis pro tempore Ecclesiæ servitium exiget, procuratoribus causarum indicare, secretarium vero sacrae congregationis, et sacristas prædictos admonere, et quod eadem festine impleantur, invigilare. Ne autem hujusmodi decreti ignorantia præsumi possit, idem in Acta sacrae congregationis referri jussit; prout chirographum, seu verius supplicem libellum manu Sanctitatis Suae firmatum ibidem inferri voluit.

Die 27 Septembris 1659.

(10. Quia vero magna erat postulorum molestia in comparandis suppellectilibus ad normam decreti Alexandri VII, eodem annuente Pontifice, prædicto facilior modus est subrogatus; solvendi videlicet aureos quingentos in beatificatione, et aureos mille in canonizatione canonicis basilicæ æditis, qui eos fideliter erogant in comparandum suppellectilem necessariam, nec non capitulo reddunt rationes expensarum. Ideo in ejusdem basilicæ sacrario ad perpetuam rei memoriam erectus est lapis, in quo hæc verba leguntur (119):

ALEXANDRO VII, Pont. Max.

Quod singulari ejus munificentia Vaticanae basilicæ sacra suppellectile abundanter sit instructa ad illamque conservandam et augendam apostolico decreto.

Perpetuo duraturum subsidium sit attributum; beneficii magnitudinem referentes, ac posteritati testantes.

Post anniversaria sacra solemniter instituta grati animi monumentum canonici possuere.

qui assignantur. Ad num. 12. — 13. Licitum est quælibet animalia ferina et silvestria nondum ab aliquo comprehensa prosequi et capere, ita ut statim fiant capientis, ubicunque capiantur, idem est de illis, quæ ex Domini potestate elapsa, in pristinam libertatem redierunt. — 14. Capientes animalia in leporariis, vivariis, stagnis, silvis non amplius et circumdatis, tenentur ad restitutionem. — 15. Item

\* ad an. 1743, omnium, qui reperiuntur descripti, Vaticanae basilicæ vicariorum.